

Hermann Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Schuckman,  
Theol. D. & Professor. Ad Exequias Quas Filiolae Suae Suavissimae Sophiae  
Lafrenssen/ Parentes moestissimi, hodie hora prima pomeridiana, in templo  
Jacobaeo paratas cupiunt, Cives Academiae peramanter invitat**


Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771917376>


Druck Freier  Zugang



Schuckman, H.  
in  
*Lorenz*  
**S. Lafrens.**  
Rostock, 1647.







115<sup>c</sup>

# PROGRAMMA

Quo

## RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
HERMANNUS SCHUCKMAN,

Theol. D. & Professor,

*Ad Exequias*

Quas

*FILIOLE SUE SUAVISSIMÆ*

# SOPHIAE Cafrenssen/

*Parentes mœstissimi, hodiè horâ primâ pomeridianâ,  
in templo Jacobæ paratas cupiunt,*

*Civitas Academiae peramanter invitat.*



✻(:)✻



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M DC XLVII.

31



Nasci hominem, de-  
nasci eum, utrumq; fre-  
quentissimum; &, nisi  
interveniat, quod na-  
tum, à nativitate primâ, & à morte  
mortuum liberet, miserrimum u-  
trumq; est. Tribuit quidem homi-  
ni primus ortus nobilem substan-  
tiam, corpus nempe organicum &  
animam ratione præditam, sed &  
hanc & illud, prout fert lapsi ge-  
neris humani conditio, veneno o-  
mnium nocentissimo prorsus infe-  
cta & ad mortem disposita; Tri-  
buit cum animâ vitam, sed quæ ca-  
dere etiam in eos potest, quibus  
nihil

nihil minus est, quàm vita vera:  
Dat Spiritus vitales, animales, na-  
turales, & pendentes ex ijs motus,  
sed quibus qui movetur, quoad si-  
bi relictus est, sivè lentoid fiat sivè  
celeriori gradu, ad sui ipsius inte-  
ritum movetur. Ità ærumnosum  
juxtà ac lethiferum humanæ vitæ  
principium est, quod nisi corrigi-  
tur, non alius inde sequatur exitus,  
quàm summè lamentabilis oportet.  
Verum enimverò, quæ Dei mise-  
rentis benignitas est, is salutare me-  
dium statuit, quo efficitur, ut &  
minimè noceat mortalibus *nasci* pri-  
mum, & luerum insuper afferat  
*denasci*, & quod inter utrumq;  
terminum intercedit tempus,  
quantulumcunq; fuerit, prosperè  
eveniat. Est illud, ut uno altero-



vè verbo dicám, *Renasci* ex aqua  
& spiritu, quod vires suas exserit  
antè & retrò, aculeum adimendo  
nativitati carnali, quæ ad mortem  
iter est; & exitum vitæ fugacis, si vita  
dicenda est, in beatum converten-  
do ad veram vitam introitum. Cer-  
tum hoc & infallibile quod sit, nec  
credit, nec sperat amplius, sed ipsâ  
jam re experitur filiola vestra, ætate  
tenerrima, SOPHIA, cui hodiè extre-  
mum in terris honorem exhiberi  
cupitis, parentes mœstissimi, Vir  
prudentissime Dn. MICHAEL  
Safrens/ Senator hujus urbis & Ju-  
dicij inferioris administrator spe-  
ctatissime, nec non honestissima, &  
virtutibus muliebri sexui conve-  
nientibus conspicua fœmina JO-  
HANNA Backmeisters. Progenita  
illa

illa est & nata ex vobis in hac civitate, sub initio anni hujus millesimi, sexcentissimi, quadragesimi septimi die 13. Januarij, denata verò duodecimo præsentis mensis Junii circa meridiem horâ undecimâ. Spacium vivendi, quod in vestro cæterorumq; mortaliū consortio absolvit, quinq; mensium est, breve quidem, cum dies aliorum, quibus ad proveciorem ætatem pertingere datur, computatis, sat amplum tamen, si, quàm benè & feliciter id ipsum transactum fuerit, spectetis. Communem eam habuisse, qui ex carne ducitur, ortum naturalem cū cæteris mortalibus, & vos scio fatemini, & ipsa filiola vestra ostendit, quandò non solum morbo graviore velut mortis prodromo, qui peccati

A 3

fru-

fructus est, obnoxia fuit à tribus circiter antè  
obitum septimanis, ut alia præteream carna-  
lis generationis iudicia; sed & ultimum lapsæ  
naturæ debitum exsolvit. Quò minus autem  
ista, & quicquid prætereà est mortalis naturæ  
accidentium, obessent beatæ animulæ, fecit  
generatio, quam ex Deo duxit, spiritualis: In-  
serta enim est arbori vitæ Christo per Baptis-  
mū, ex quo succum traxit redundantē in vitā  
æternam, Gratulati vobis sunt amici, nec abs-  
re gratulati, prolem novam, ubi in lucem edi-  
ta fuerat. gratulamini nunc filiolæ vestræ,  
cui & nos gratulamur, gloriam novam,  
quod non tantum facta est filia DEI, ex quo  
Christum induit, sed cum antè, quæ futura  
deinceps esset, non appareret, nunc quæ sit,  
hoc est, totam in Deo beatam se sentit, videns  
eum sicuti est, Agite ergò parentes *φιλότεκνοι*  
& quem ex præmaturo filiolæ vestræ discessu,  
concepistis dolorem, intuitu tantæ, quam  
adepta illa est, beatitudinis reprimit. Suum  
cuiq; tribuendum esse, optimè nosti, vir-  
spectatissime, qui iudicem agis. Quare &  
vos DEO optimo maximo, cuius iudicia  
impervestigabilia sunt, suum à vobis  
repetenti, suum lubentes reddidisse  
reapse

reapse docebitis. Felicem prædicare filio-  
lam vestram, quæ ante exempta est omnibus  
animæ periculis, quam corrumpere lauda-  
tissimam simplicitatem detestanda versuti  
mundi perversitas potuit. Convivit nunc il-  
la majoribus suis, quos in terra nec vidit nec  
agnovit, & inter hos Avo Paterno, MICHA-  
ELI LAFRENSEN Civi, quondam &  
Cerevisiario in hâc civitate industrio, Avo  
materno p. m. Viro Clarissimo & experien-  
tissimo DN. JOHANNI BACKMEI-  
STERO Medicinæ Doctore & Academiæ hu-  
jus Professori publico, pl. Reverendi & Ex-  
cellentiss. Viri, cujus memoria in benedictio-  
ne sit, DN. LUCÆ BACKMEISTERI  
Theol. D. Professoris & Superintendentis de  
Universitate & Ecclesiis nostris præcla-  
rè meriti, filio; Avia item paternæ *Tisschen  
Schmedes* / Et maternæ CHRISTINÆ  
*Sassen* / JACOBI *Sassen* / Civis olim &  
mercatoris apud nos honesti, filia, matronis  
lectissimis: Convivit inquam illis, & quæ  
infra pedes sunt terrena omnia ex alto despi-  
cit, Quod superest, Cives Academici, date  
hunc honorem mœstissimis Parentibus, no-  
stri ordinis amantibus, date laudatis majo-  
ribus,

ribus, & piè defunctæ puellæ exequias fre-  
quentes mecum ite. Conveniemus hodiè  
horâ primâ in templo Jacobæo. Intereun-  
dum cogitabitis (quæ eruditi viri meditatio  
fuit) mortem instantem, & punctum scilicet  
esse quod vivimus, & adhuc puncto minus:  
Cogitabitis, quam sit malus hostis antiquus,  
qui nobis regna mundi promittit, ut nobis  
regna cælorum eripiat, quàm falsæ volupta-  
tes, quæ ideò nos amplectuntur, ut strangu-  
lent, quàm dolosi honores; qui nos subli-  
mant, ut deinde præcipitent; quam lethales  
divitiæ, quæ quanto nos magis pascunt, tantò  
magis venenant: Quam breve, incertum, um-  
bratile est omne illud, quod hæc omnia si-  
mul etiam si ex voto affluent, nobis præsta-  
re possunt: Quamq; magna his & promissa pa-  
rata sunt, qui contemptis præsentibus, illam  
suspirant patriam, cuj<sup>o</sup> Rex divinitas cuj<sup>o</sup> Lex  
Charitas, cujus modus æternitas. Adscendat  
ad illud cor hominis, quod ipsum in cor ho-  
minis non adscendit: Et ità vivamus singuli  
ex Deo regeniti, ne unquam natos nos esse  
homines doleamus P.P. Rostochi  
sub sigillo Rectoratus, die 15.  
Junii Anno 1647.

••(o)••











reapse docebitis, Felicem pra  
lam vestram, quæ ante exempta  
animæ periculis, quam corrup  
tissimam simplicitatem detest  
mundi perversitas potuit. Con  
la majoribus suis, quos in terra  
agnovit, & inter hos Avo Patern  
ELI LAFRENSEN Civi, q  
Cerevisiario in hâc civitate ind  
materno p. m. Viro Clarissimo  
tissimo DN. JOHANNI B  
STERO Medicinæ Doctori & A  
jus Professore publico, pl. Rev  
cellentiss. Viri, cujus memoria in  
ne sit, DN. LUCÆ BACKM  
Theol. D. Professoris & Superin  
Universitate & Ecclesiis nos  
rè meriti, filio; Avia item pate  
Schmedes / Et maternæ CH  
Sassen / JACOBI Sassen / C  
mercatoris apud nos honesti, fili  
lectissimis: Convivit inquam  
infra pedes sunt terrena omnia  
cit, Quod superest, Cives Aca  
hunc honorem mœstissimis Pa  
stri ordinis amantibus, date la

